



CAROLI LINNÆI,

*Equit. aur. de Stella Polari;*  
*Archiatr. Reg. Med. & Botan. Profess. Upsal. &c.*

FAUNA  
SVEVICICA

SISTENS

Animalia *SVECIÆ* Regni:  
MAMMALIA, AVES, AMPHIBIA,  
PISCES, INSECTA, VERMES.

DISTRIBUTA

PER

*CLASSES & ORDINES,*  
*GENERA & SPECIES,*

CUM

DIFFERENTIIS SPECIERUM,  
SYNONYMIS AUCTORUM,  
NOMINIBUS INCOLARUM,  
LOCIS NATALIUM,  
DESCRIPTIONIBUS INSECTORUM.

---

EDITIO ALTERA, AUCTION.

*Cum Privilegio S. R. Mitis Sveciæ & S. R. Mitis Poloniæ ac Electoris Saxon.*

---

*STOCKHOLMIÆ,*

Sumtu & Literis Direct. LAURENTII SALVII,

1761.



*DESCR.* admodum similis est primæ. Est enim dimidio minor, colore griseus, punctis inæqualibus nigris adspersa & inde nebulosa. *Clypeus* lunam refert, antice minime emarginatus, totus lævis, nec maculatus, sed pallidus. *Elytra* rugosa punctis excavatis striata, striis curvis & flexuosis. *Corpus* nigrum, totum clypeo & elytris absconditum. *Antennæ* nigrae, filiformi-clavatæ; margo coleoptrorum, in hac, prominet ut in præcedenti.

469. *CASSIDA nobilis* grisea, elytris linea cærulea nitidissima. Habitat in Hortis.

*DESCR.* *Capitis* clypeus integer. *Antennæ* subclavatæ, nigrae, basi pallidæ. *Corpus* supra pallide griseum, subtus nigrum. Linea cærulea nitidissima in singulo *elytro* juxta futuram longitudinalem, quæ evanescit cum vita.

### Coccinella.

470. *COCCINELLA unipunctata*, coleoptris flavescens: puncto communi nigro. Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Corpus* nigrum cum capite & thorace. *Elytra* pallida cum puncto communi in medio futuræ. *Antennæ* nigrae. *Thoracis* margines laterales latefcentes. *Magnitudo* dupla pediculi. *Pedes* ferruginei.

471. *COCCINELLA bipunctata* coleoptris rubris: punctis nigris duobus. *Fn.* 388.

*Merian. europ.* 3. p. 58. t. 35. f. infima. f. p. 69. t. 136.

*List. loqu.* p. 383. n. 8. *Scarabæus* alter niger exiguus, pennarum crustis miniatulis, in quibus mediis duæ tantum maculæ nigrae.

*Raj. inf.* p. 86. n. 2. *Scarabæus* hæmisphæricus minor; elytris e flavo rubentibus, singulis maculis f. punctis nigris media parte notatis.

*Petiv. gaz.* p. 34. t. 21. f. 4. *Coccionella* anglica bimaculata f. minor rubra.

*Bradl. natur.* t. 27. f. 4.

*Frisch. germ.* 9. p. 33. t. 16. f. 4. *Coccinella* secundæ magnitudinis, punctis coleoptrorum duobus.

Habitat in *Alno*, ubi aphides devorat Larva.

*DESCR.* Abdomen, antennæ, pedes & omnia terram spectantia, nigra. *Thorax* niger macula laterali alba: puncta duo alba minima ad basin *Thoracis* & totidem similia ad antennarum insertionem. *Elytra* rubra puncto, in utriusque medio, nigro.

472. *COCCINELLA tripunctata* coleoptris rubris: punctis nigris tribus.

Habitat in Plantis.

DESCR. *Corpus* præcedente paulo minus. *Thorax* ater macula alba ad utrumque latus. *Elytra* rubra cum puncto communi versus basin & solitariis versus apicem. *Caput* superius punctis duobus minimis albis.

473. COCCINELLA *hebræa* coleoptris luteis: maculis nigris sex longitudinalibus.

Habitat apud nos rarius.

DESCR. *Corpus* plerisque nostratibus majus. *Caput* nigrum punctis duobus albis. *Thorax* niger, albido variegatus. *Elytra* lutea, margine nigra, picta lineis nigris tribus, longitudinalibus, latiusculis, quarum extrema longior ad basin incurvata, in punctum desinens majusculum.

474. COCCINELLA *quinquepunctata* coleoptris sanguineis: punctis nigris quinque. *Fn.* 392.

Habitat in agris inter segetes, & in Pruno spinosa.

DESCR. Magnitudo minor, in singulo elytro (excepta macula basios nigro-alba,) duo puncta, quorum quod in medio majus, quod versus apicem minus. *Thorax* niger, utrinque albus. *Frons* duobus punctis albis.

475. COCCINELLA *trifasciata* coleoptris rubris: fasciis nigris tribus. *Fn.* 390.

*Raj. inf.* 87. n. 9. Scarabæus hæmisphæricus minor, elytris ex albo liventibus: lineolis nigris in medio dorso pictis.

Habitat in *Laponia* desertis.

DESCR. *Thorax* niger lateribus albis: puncta duo alba ad anteanarum exortum. *Elytra* rubra lineis tribus transversis latiusculis obtusis nigris, quarum quæ pectori proxima ambo elytra conjungit; duæ autem reliquæ posteriores ad marginem interiorem elytrorum non extenduntur, hinc abruptæ in medio dorso.

476. COCCINELLA *hieroglyphica* coleoptris luteis: maculis nigris duabus longitudinalibus sinuatis.

Habitat rarius apud nos.

DESCR. maxime affinis est Cocc: decempustulatae.

477. COCCINELLA *septempunctata* coleoptris rubris: punctis septem nigris.

*Hollar. inf.* t. 7. f. 8.

*Alb. inf.* t. 61. f. C.

*Gæd. belg.* 2. p. 58. t. 18.

*List. gæd.* p. 268. f. 112.

*mut.* t. 17. f. 2.

*Mer. europ.* 2. p. 24. t. 11. f. p. 76. t. 149.



*Petiv gaz. p. 33. t. 21. f. 3.* *Cochinella* anglica vulgaris-  
sima s. rubra, septem nigris maculis punctata.

*Raj. inf. 86 n. 1.* *Scarabæus* subrotundus s. hæmisphæricus  
rubens major vulgarissimus.

*Frisch. germ. 4 p. 1. t. 1. f. 4.* *Coccionella* major.

*Suecis* Åkerhøns, Nyckelpiga, Jungfru Mariæ Høna.

Habitat in sepibus & agris vulgarissima, aphides devastans.

*DESCR.* Caput nigrum: fronte punctis duobus albis. *Thorax* niger, utrinque ad latera albus. *Elytra* rubra, in singulo puncta tria nigra æqualiter remota; at ad basin elytrorum punctum utraque elytra conjungens nigrum antice album. *Antennæ* minimæ, clavatæ. Animal subtus atrum. *Larva* cinerea: maculis nigris & albis adspersa. *Puppa* lutea, maculis nigris & quasi deusta, ano adfixa.

478. *COCCINELLA novempunctata* coleoptris rubris: punctis nigris novem.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* Caput punctis duobus albis in fronte. *Thorax* niger maculis solitariis lateralibus albis. *Elytra* singula punctis nigris duorum parium, & communi baseos nigra, antice alba.

479. *COCCINELLA decempunctata* coleoptris fulvis: punctis nigris decem.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* Caput nigrum macula alba frontis tridentata. *Thorax* maculis quatuor albidis. *Elytra* fulva margine exteriori flavo, notata puncto nigro ad basin, tribusque transversim positis in medio, & minimo ad apicem elytri. *Pedes* pallidi.

480. *COCCINELLA undecimpunctata* coleoptris rubris: punctis nigris undecim. *Fn.* 394.

*Act. upf. 1736. p. 18. n. 2.* *Coccinella* punctis undecim.

Habitat in sepibus.

*DESCR.* Inter minimas hujus generis species hæc est. Puncta in singulo elytro quinque parva, sextum majus est sese extendens ad utrumque elytron. *Thorax* niger punctis duobus albis.

481. *COCCINELLA tredecimpunctata* coleoptris luteis: punctis nigris tredecim. *Fn.* 395.

*Act. upf. 1736. p. 18. n. 3.* *Coccinella* punctis duodecim.

Habitat in Armoracia.

*DESCR.* Corpus magnitudine inter maximas & minimas medium. *Thorax* niger lateribus utrinque albis cum puncto nigro. *Elytra* lutea: puncta in singulis sex nigra, quorum duo in medio elytri fere contigua; unicum punctum nigrum ad basin elytri connectit utramque crustam, adæque impar est. *Abdomen* ad latera luteum. *Antennæ* & os at *Tibiæ* luteæ. *Femora* nigra.

482. *COCCINELLA quatuordecimpunctata* coleoptris flavis: punctis nigris quatuordecim: quibusdam contiguis. *Fn.* 396.

Habitat in *Scania*. *D. Leche*.

*DESCR.* est inter parvas sui generis. *Elytra* flava, quorum in singulo puncta duo paria oblonga, distincta futura longitudinali nigra, cum qua una in singuli elytri medio connata quadrangularis, dein alia connata cum opposita in formam trianguli: punctum terminale elytri etiam adnexum futuræ longitudinali. *Thorax* a tergo postice tectus macula magna nigra antrorsum tetraloba.

483. *COCCINELLA sedecimpunctata* coleoptris flavis: punctis nigris sedecim: tribus infimis connexis.

Habitat *Calmariaë*. *Ad. Modeer*.

*DESCR.* Minor est reliquis nostratibus. *Thorax* flavus: punctis 3 utrinque connexis. *Elytra* flava: punctis 5 longitudinaliter prope futuram dorsalem disposita, rotunda; & 5 intra marginem inferiorem; quorum omnia, excepto primo, connexa. Sed dubium utrum hæc puncta connexa sint numeranda tria aut quatuor. *Femora* nigra. *Tibiæ* flavæ.

484. *COCCINELLA ocellata* coleoptris luteis: punctis quindecim nigris ocellatis. *Fn.* 398.

Habitat in Horto Academico rarius.

*DESCR.* Est inter majusculas sui generis. *Caput* nigrum punctis duobus in fronte. *Thorax* niger, utrinque albus, puncto nigro, ut in plerisque; in singulo *Elytro* anterius punctum 1, dein 3, iterum tria, postice nullum, his duplicatis (in binis scil. elytris) faciunt 14, adde unicum nigrum utrinque elytron tangens ad basin elytrorum; puncta omnia nigra annulo albo. *Abdomen* & pedes nigri; in aliis ad apicem in singulo elytro lineola longitudinalis nigra.

485. *COCCINELLA novendecimpunctata* coleoptris flavis: punctis nigris novendecim.

Habitat in *Plantis*.

*DESCR.* *Corpus* parvum. *Thorax* flavus punctis 6 nigris, quorum duo posteriora. *Elytra* flava, singula punctis 9 nigris, & unico communi ad basin. *Pedes* flavi.

486. *COCCINELLA 22-punctata* coleoptris flavis: punctis nigris viginti duobus. *Fn.* 401.

Habitat in *sepibus*.

*DESCR.* Inter species minores numerari potest. *Elytra* singula flava punctis novem nigris distantibus, præter duo vix conspicua obsoleta. *Thorax* notatur maculis septem, quarum infima reliquis major, duæ autem primæ, ad antennas, minimæ. *Subtus* inspecta observatur margo coleopterorum prominens cum puncto nigro in medio utrinque. *Abdomen*, ut in reliquis, nigrum est.



487. COCCINELLA 24-punctata coleoptris rubris: punctis nigris viginti quatuor. *Fn.* 402.

Habitat in *Scania* D. Leche.

*DESCR.* Inter minimas nostras numeranda. In singulo *Elytro* puncta duo distincta; deinde 4, quorum intermedia coalita; tum 3 coalita omnia, hinc quasi fascia; demum 2 puncta minora distincta.

488. COCCINELLA 25-punctata coleoptris rubris: punctis nigris viginti quinque.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Thorax* ruber puncto uno nigro. *Elytra* punctis nigris 12, præter primum commune. *Antennæ* & *pedes* rubri.

489. COCCINELLA conglobata coleoptris rubris: punctis nigris plurimis subcontiguis.

Coccinella coleopteris rubris; punctis plurimis nigris, quibusdam connexis futura longitudinali nigra. *Fn.* 403.

*Frisch. germ.* 9. p. 34. t. 17. f. 6.

Habitat in arboribus.

*DESCR.* *Thorax* antice ruber, postice niger. *Elytra* rubra, maculis s. punctis plurimis (16.), quadratis, atris, connatis inter se cum margine interiore coleopterorum nigro; differt itaque paucis a sequente. *LARVA* hujus hispida est.

490. COCCINELLA conglomerata coleoptris flavescentibus: punctis nigris plurimis contiguis.

Coccinella coleoptris flavescentibus, punctis plurimis nigris, omnibus connexis futura longitudinali nigra. *Fn.* 402.

*Raj. inf.* 87. n. 5. *Scarabæus* hemisphæricus flavus, maculis nigris variæ figuræ.

*List. loqu.* 383. n. 9. *Scarabæus* luteus, nigris maculis distinctus.

*Frisch. germ.* 9. t. 17. f. 4. 5.

Habitat in sepibus.

*DESCR.* Præcedenti magnitudine & facie simillima; sed *thorax*, qui niger, ad latera majoribus albis maculis, & antice macula majori alba, & in medio versus *elytron* albus, includens maculam duobus tribusque punctis nigris notatam. *Elytra* singula rubra notantur cruce, cujus radix (versus caudam) emarginato-bitida; maculæ hic fere nullæ distinctæ, sed omnes in crucem hanc coalitæ.

491. COCCINELLA guttato-punctata coleoptris rubris: punctis albis quatuordecim, nigris tribus.

Habitat passim, licet rarior.

Simillima Coccion, decempustulatae, ut nesciam num sola sexus intercedat differentia.

492. COCCINELLA *quatuordecimpunctata* coleoptris rubris: punctis albis quatuordecim. *Fn.* 397.

*List. loqu.* 383. n. 10. Scarabæus subrufus, cui in humeris pinnæ maculatæ, inque singulis alarum thecis septem maculæ albæ sunt.

*Act. ups.* 1736. p. 18. n. 5. Coccionella punctis quatuordecim.

Habitat in nemoribus & hortis.

*DESCR.* Magnitudo ad medias accedit. *Thorax* ruber lineola alba longitudinali in medio, et macula utrinque alba. *Elytron* singulum notatur VII punctis, eo ordine a thorace versus caudam numerando puncta, ut 1, 3, 2, 1.

493. COCCINELLA *sedecimguttata* coleoptris luteis: punctis albis sedecim. *Fn.* 399.

Habitat in *Laponia Lulensi* sylvatica.

*DESCR.* *Thorax* luteus maculis 5 flavis, absque ulla linea intermedia. *Elytron* singulum luteum notatum punctis octo, a thorace numerando 2, 3, 2, 1. *Caput* flavum.

494. COCCINELLA *octodecim guttata* coleoptris rubris: punctis albis sedecim: duobus primis lunatis.

Habitat rarius apud nos.

495. COCCINELLA *vigintiguttata* coleoptris rubris: punctis albis viginti. *Fn.* 400.

Habitat in arvis.

*DESCR.* Magnitudine & facie cum præcedentibus duabus convenit. *Thorax* ruber ad marginem lateralem utrinque lineola arcuata alba notatus, inter has lineolas a tergo duo puncta alba minora superiora, & duo alba alia inferiora s. elytris propiora paulloque majora; in singulo *Elytro*, quod rubrum est, puncta decem sunt alba, quorum duo in medio crece contigua.

496. COCCINELLA *oblongo-guttata* coleoptris rubris: lineis punctisque albis. *Fn.* 389.

*It. œland.* 148. Coccionella coleoptris rubris: lineis quatuor albis longitudinalibus.

Habitat in sepibus.

*DESCR.* Reliquis omnibus, hujus generis, nostris paullo major, *Elytra* & *thorax* rubra, latera *thoracis* utrinque alba; singulum *Elytron* notatur duabus lineolis longitudinalibus albis, quarum interior puncto albido aucta est, vel in medio interrupto, duobus punctis oblongis constans.

497. COCCINELLA *obliterata* coleoptris flavis: punctis quatuor rufis: anticis obsoletis.

Habitat passim, minus frequens.



498. COCCINELLA *bipustulata* coleopteris nigris, punctis rubris duobus, abdomine sanguineo. *Fn.* 409.  
*Frisch. germ.* 9. p. 34. t. 16. f. 6. Coccinella media nigra, punctis duobus rubris dorsalibus.  
 Habitat in *Sorbo*, mense septembri, *Fahlunæ* & alibi.  
*DESCR.* Est magnitudine mediocris, antecedenti simillima, ambitu fere orbiculata, tota nigra, nitida, margine prominulo. *Thorax* absque maculis. *Elytron* singulum in medio fert maculam s. punctum latum sanguineum, sæpe ex tribus punctis conflatum. *Abdomen* inferius rufescit, alias tota subtus nigra. tergum sub elytris etiam sanguineum. *Pupa* hispida est.
499. COCCINELLA *quadripustulata* coleopteris nigris: punctis rubris quatuor: interioribus longioribus. *Fn.* 408.  
 Habitat in *Urtica* majore, *Rubo* aliisque.  
*DESCR.* Inter minores est, ovata, nitida, atra. *Caput* atrum, *Thorax* ater cum pari punctorum excavatorum a tergo. *Elytra* nigra, singula juxta basin ad marginem exteriorem macula minore rubra cum puncto ferrugineo, & alia minore, in medio elytri, versus marginem interiorem, itidem rubra. *Ans* ruber est.
500. COCCINELLA *sexpustulata* coleopteris nigris: punctis rubris sex. *Fn.* 407.  
*Raj. inf.* p. 87. n. 4. Scarabæus hemisphæricus minor, elytris nigris rubris maculis pictis.  
 Habitat in arboribus sat rara.  
*DESCR.* *Thorax* totus niger. *Elytra* atra, nitida, singula tribus punctis sanguineis, quorum quod thoraci proximum majus est; ultimum punctum versus ipsum apicem elytri situm, at intermedium propius margini interiori, quam exteriori collocatum; varietatem absque tertia macula apud *D. de Geer* vidi.
501. COCCINELLA *decempustulata* coleoptris nigris: punctis fulvis decem.  
 Habitat in pascuis.
502. COCCINELLA *quatuordecim pustulata* coleopteris nigris: punctis flavis quatuordecim.  
 Habitat in floribus *Centaureæ Scabiosæ* frequens.  
*DESCR.* Est inter minores species numeranda. *Elytra* nigra cum tribus paribus punctorum rubrorum & ultimo adhuc impari. *Thorax* nigricat cum puncto utrinque rubro.
503. COCCINELLA *sedecimpustulata* coleoptris nigris: punctis fulvis sedecim.  
 Habitat rarius apud nos.
504. COCCINELLA *pantherina* coleoptris nigris: punctis flavis octo.  
 Habitat passim.

505. COCCINELLA *tigrina* coleopteris nigris: punctis albidis viginti. *Fn.* 405. *Uddm. diss.* II.  
Habitat in *Scania* & *Smolandia*.

DESCR. Capitis frons alba. *Thorax* niger, utrinque albus puncto nigro. *Elytra* nigra punctis nigris: ad basin 1, dein 3, tum 3, demum 2, ultimo 1.

## Chrysomela.

506. CHRYSOMELA *gœttingensis* ovata nigra, pedibus violaceis.

Habitat in *Scania*.

DESCR. Corpus magnitudinis mediæ, nigrum vel atro-violaceum absque punctis conspicuis. palmæ pedum & infimus antennarum articulus ferruginea.

507. CHRYSOMELA *Tanaceti* ovata atra punctata, antennis pedibusque nigris.

Chrysomela atra; punctis excavatis contiguis. *Fn.* 413. *It. goth.* 270.

Habitat in *Tanaceto* in insula *Gotlandiæ* versus austrum *Helligholmen* dicta, copiose, ut & ad fodinas lapideas *Burswiken*, tarde admodum incedens.

DESCR. Est e majoribus hujus generis. Tota atra, minime nitida. *Thorax* & *Elytra* punctis minutissimis confertissimis excavata. *Elytra* latis flexilia, mollia & obtusa sunt. *Antennæ* undecim articulis. Margo elytrorum prominens.

508. CHRYSOMELA *hæmorrhoidalis* ovata nigra nitida, antennis basi flavescens, ano rubro.

Chrysomela nigra glabra; antennarum basi subflava. *Fn.* 414.

Habitat in *Roslagia*. de Geer. in *Scania*. D. Leche.

DESCR. Media, punctis nec contiguis, nec striatis; in elytris color dein parum ad cæruleum vergit.

509. CHRYSOMELA *Graminis* ovata viridis nitida, antennis pedibusque concoloribus.

Chrysomela viridi-cærulea. *Fn.* 419.

*Act. ups.* 1736. p. 17. n. 1. Chrysomela viridi-cærulea nitida.

Habitat copiose in *Gramine* pratorum primo vere juxta urbem *Hernösand* Angermanniæ 1732. & *Drotningholm.* 1753.

DESCR.